

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4310

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

1729

P O L E M I C I

1730

XXVII. fol. 286. Miscella de Creatione Angelorum, Casu Diaboli, et Creatione Hominis.

XXVIII. fol. 291. De ymaginibus questio. Est Jacobi de Misa, ut alibi. Initium: *Utrum secundum legem evangelicam plebs christi &c.*

XXIX. fol. 307. p. 2. *Tractatus Sancti Johannis Hus de matrimonio.* Ut supra N°. 12. sed hic integer. Adhaerent 8. *Turpitudines inter Coniugales.*

XXX. fol. 315. *Auctoritates noui et veteris testamenti Sanctorum doctorum et vniuersalis ecclesie contra Communionem paruulorum infantum,* in V. Partes diuisae. Videtur Compilatori nostro Tros et Rutulus nullo discrimine agi.

XXXI. fol. 367. *De peccato Mortali hominis Magister Johannes Hus pie memorie hoc composuit sedens in carcere in constantia.* Init: *Peccatum mortale isto modo committitur &c.* ut edit. cit. T. I. p. 41. Succedunt varia Adnotata Theologica, quibus immorari non est operae pretium.

CCCCXXXVIII.

524 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. nunc 129. 4. initio et fine mutilus, sed probe scriptus, et fol. 45. hanc possessoris notam praeferens: *Sacerdos Wenceslaus Rossius pressorouius habet libellum istum Ordinis sui Anno 1517 (id est Ordinationis suae anno primo) Sed scripsit ista ma-*

nu propria Anno 1554 in Venetijs (Benatek Prov. Boleslav.) tempore Benefi Hendrigo de Donyn, cuius parens destruxit totam parochiam ibi; complectitur Materiam seu Themata Sermonum tam pro Dominicis quam pro festis SS. diebus a die Nicolai Ep. usque ad Dominicam XXI. post Pentec. his ad calcem adiectis: Expliciunt puncta Magistri Johannis Hus (nomen istud erasum, sed jam olim denuo restitutum fuit) feria sexta ante Dominicam Oculi mei semper ad Dominum Anno ab incarnatione domini nostri ihesu christi 1414. Sermo primus incipit: Quemcunque elegerit dominus ipse sanctus est. Num. 16. Verba producta possunt beato Nicolao competere, quia sanctus et a deo in dignitatem episcopalem electus &c. Nihil de his Punctis in editis Job. Hussi Operibus, atque, an omnia ad illum referri debeant, nescio. Fol. certe 9. Rossius adscripsit: Super Math. 26. Bibite ex eo omnes Job. Hus, et fol. 48. De passione Beati Johannis hus. a. 1527. Quae tamen hic in Passionem Domini leguntur, prorsus diuersa sunt ab Expositione illa, quae extat Opp. Hussi T. II. p. 8. Nota etiam 10 Beati, quod Rossius, quamvis in Italia ordinatus Sacerdos, Hussio tribuit. Inter Sermones porro locus est diuis Bobemiae Indigetibus, puta Procopio, Ludmillae, Wenceslao. Folia item 51. et 52. variis glossis lingua Gentis adpersa sunt.

Codices

1731

C O D I C E S

1732

Codicis fini adplicita est Membrana Syngraphen exhibens, qua Protymecz de Nouo byrstain, Pawliko de Hostyeticz dictus de Hostina et Cbumradus de Schiltarn conjuncta manu et in solidum se obstringunt ad solvendas post proximum S. Martini Festum Abrabe Ciui in Tbuſta decem sexagenas grossorum argenteorum Pragensium. Datum in Tbuſta. Anno Natiuitatis domini Millesimo Trecentesimo Quadragesimo Octauo Proxima quarta feria post festum beati Bartholomei Apostoli.

Te CeLo IVnXIIt LaVrVs IaCobeLLe MagIster.

Anno nempe 1429 in vigilia Laurentii 9. Aug. obiit. Initium porro vastae hujus Expositionis est: *Apokalipsis ihesu christi, quam dedit illi &c. Ex quo igitur liber iste dicitur Apokalipsis. Igitur sermo erit de reuelacione Johannis, de qua reuelacione tria sunt nunc dicenda. Primo quando facta est ei illa reuelacio. Secundo quomodo facta est. Tertio quid ei reuelatum est &c. Scribere se ait Noster: pro maiori intelligentia paruulorum et consolatione fidelium predicatorum in tribulacionibus magnis hijs temporibus anticristi postorum, et mox, ubi de Domitiano pseudopphetas protegente: et nos habemus temporibus nostris, qui cum domiciano viriliter defendunt falsos prophetas, sed certe si non penituerint non effugient plagam sicut Jezabel. Per decursum Bedae, Lirani, Remigii et potissimum Haymonis testi-*

CCCCXXXIX.

Codex chartaceus lat. boh. 912
Sec. XV. Folior. nunc 297. 4. minutius exaratus, et rubricis, glossisque bohemicis passim interstinctus est Commentarius in Apocalypsin M. Jacobi seu Jacobelli de Misa; ita enim praenotatur: *Magister Jacobus prelatus Capelle In Bethleem Super Appokalipsim.* Quibus additur: *Hic continentur anni exitus eius ab huius oris.*

moniis utitur. Deficit vero Expositio *synagws* procedens in C. XVIII. v. 4. his verbis: *quo peccata debitum finem accipiant. Hec ille.* Opus istud decumanum nulli inter Jacobelli Scripta cense-ri video, de cuius Viri Patria erudite nuper disquisiuit Cl. Mart. Pelzelius T. VI. *Differtt.* germ. *Societatis priv. Bohemicae* p. 299. 8. Quod *ex pagods* dictum.

CCCCXL.

Codex chartaceus lat. Sec. 553
XV. Folior. 252. 4. nitide per-scriptus sequentia comprehendit: I. *Posicionem*, ut e calce prae-occupo, *Magistri Jacobi de Misa Baccalaurei sacre Theologie factam anno incarnationis domini M^o CCCC^o XV^o.* Autorem a Petro Dresdensi de Necessitate Com-munionis sub utraque Specie per-suasum